

DISPUTATIO XV.

De scientia Christi in communi.

Ad quest. 9. D. Thomae.

formalem, nego Majorem, & pratermissa Minori, nego Consequentiam. Nam esto gratia habitualis non sit principium ordinationis operationum Christi ad influendum in alios, sed a libera Christi voluntate talis ordinatio proveniat: quia tamen haec non est ratio formalis, sed dumtaxat conditio requisita ad merendum aliis, non licet inferre, gratiam non principalem hujusmodi ordinationem, non reddere Christum potentem ad influendum in alios.

Ad secundam probationem dico, gratiam Christi, est physice finita sit, & ejusdem rationis cum nostra, esse tamen moraliter infinitam, & ratione hujus infinitatis moralis meriti efficere quatenus est infinitum, ut disput. precedenti art. 1. conclus. 3. declaravimus.

115 Obijcies secundo: Gratia habitualis Christi & nostrae sunt ejusdem speciei, ut disp. 12. art. 1. docuimus: Sed gratia nostra non est sufficiens ad caput constituendum, alias purus homo posset esse caput Ecclesiae quoad influxum interiore gratiae per meritum condignum, cujus oppositum docet D. Thomae hic art. 6. Ergo gratia habitualis Christi non potest ipsum in ratione capitis Ecclesiae constituere, nec per consequens gratia capitalis appellari, sed hoc soli gratia unionis competit. Patet Consequentiam: nam eadem forma invariata, eundem praebet effectum: Ergo si gratia nostra habitualis sit ejusdem rationis & speciei cum gratia habituali Christi, & puro homini nequeat rationem capitis Ecclesiae tribuere, nec id poterit Christo ut homini praestare.

116 Respondeo quod licet gratia habitualis Christi & nostra sint ejusdem speciei in esse physico, in esse tamen moralis speciei distinguuntur, quia gratia habitualis animae Christi, ratione conjunctionis quam habet cum persona Verbi, & gratia unionis, dignitatem quandam & valorem infinitum habet, ratione cujus potest esse principium quo satisfactionis & meriti infiniti, ut disp. 4. ostensum est: haec autem moralis diversitas sufficit ad hoc ut gratia habitualis Christi possit ipsum in ratione capitis Ecclesiae constituere, licet gratia nostra habitualis rationem capitis Ecclesiae puro homini tribuere nequeat. Unde quando in objectione dicitur, quod eadem forma invariata eundem praebet effectum, distinguendum est: invariata tam physice quam moraliter, distinguendum est: invariata physice, variata tamen moraliter, negandum. Vel dicitur hoc esse verum, quando effectus praestatur a forma secundum sola intrinseca praedicata; focus autem quando a forma non provenit ratione tantum predicatorum essentialium, sed simul ex aliquo adjuncto ingrediente in obliquo & de connotato, qualiter in presenti contingere conclusionem secunda ostensum est; ibi enim docuimus quod licet in Christo gratia capitis consistat adequate in re in gratia habituali; in obliquo tamen & de connotato, gratiam unionis importat.

117 Obijcies tertio: Ideo gratia habitualis Christi secundum nos, ipsum constituit in ratione capitis Ecclesiae, quia inluit in substantiam operationum quibus satisfecit pro nobis, nobisque gratiam & gloriam de condigno promittit: Sed gratia unionis dat istis operibus infinitam dignitatem, quae principaliter se habet in operibus meritoris & satisfactoris, quam ipsorum entitas & substantia: Ergo a fortiori gratia unionis Christum in ratione capitis Ecclesiae constituit.

Respondeo distinguendo Majorem: quia inluit in substantiam operationum, &c. effective & per modum principii quo, concedo Majorem: quia inluit aliis modis, nego Majorem, & concessa Minori, nego Consequentiam: gratia enim capitalis debet esse principium quo agendi, gratia vero unionis est operatio Christi ininitie dignificet, non est principium quo operandi, ideoque gratia capitalis non est. Item caput non per influxum formalem, sed per effectivum in ratione capitis constituitur: gratia autem habitualis constituit Christum ut hominem efficienter influentem in opera meritoria; gratia vero unionis, quae est ipsa substantia Verbi, vel natura divina humanitati conjuncta, non efficienter, sed formaliter dat operibus Christi meritoris & satisfactoris dignitatem & valorem; & idcirco non gratia unionis, sed gratia habitualis, Christum ut hominem in ratione capitis Ecclesiae constituit, subindeque gratia capitalis est.

118 Ex quo intelligitur, gratiam Christi capitalem sola ratione differre a personali: Dicitur enim personalis, quatenus humanitatem Christi sanctificat, capitalis vero, pro ut dat posse influere in alios: Sed etiam est forma per quam subiectum aliquod in actu constituitur, & redditur potens agere, cum sola distinctione rationis, ut constat in calore ignis, per quem, absque reali distinctione, ignis in actu calidus constituitur, & redditur potens calefacere: Ergo gratia capitalis Christi, sola ratione differt a personali.

Inter perfectiones a Verbo assumptas, duas singulariter notavit Evangelista, plenitudinem scilicet gratiae & veritatis, id est scientiae & cognitionis animae Christi. Unde postquam Sanctus Doctor de priori tribus precedentibus 9. questionibus fuisse differuit, hic questionibus 9. & tribus sequentibus, agit de posteriori, & procedit tali ordine, quod prius tractat de scientia Christi in communi, deinde disputat de singulis ejus speciebus in particulari: nimirum de scientia beata, infusa, & acquisita. Eandem ordinem & methodum observantes, pauca hic de scientia Christi in communi dicemus, sequentibus vero disputacionibus, de triplici illa Christi scientia, fuisse & lato saltem differemus.

ARTICULUS PRIMUS.

Utrum in intellectu creato Christi fuerit aliqua intellectio creata, vel tantum per intellectum increatum & divinam intellexerit?

UT fide certum supponimus, Christum Dominum habuisse intellectum creatum, quod a nullo concedendum illi esse verum hominem negari potest, cum intellectus sit proprietas animae rationalis, subindeque omni habenti animam rationalem competere debeat. Unde in sexta Synodo generali Actio 11. definitur: Verbum assumptis animam rationalem, animabus nostris contribulens, & mentem nostram comperens. Mens autem significat animam secundum partem superiorem, qua est intellectiva: Ergo in Christo est intellectus humanus & creatus. Hoc praemisso, inquirimus, an talis intellectus Christi Dominus, per intellectum humanam & creatam, vel solum per divinam & incretam intellexerit? In cujus difficultatis resolutione, relicto Monothelitarum errore, qui quavis concederet intellectum creatum in intellectu Christi creato, & incretam in intellectu Christi divino, ex utraque tamen animam operationem confiteri asebant, subindeque unam dumtaxat intellectum in Christo admittent. Relicto, inquam, hoc errore, quidam sunt ex Catholicis, quibus visum est, animam Christum non alia intellectioe usam esse, quam divina & increta. Hanc sententiam tenuit olim quidam Joannes de ripa, relatus a Capreolo in 3. dist. 15. qu. 1. art. 1. illamque suo tempore quibusdam placuisse refert D. Bonaventura ibidem, fuisseque publice defensas Parisiis testatur Gregorius in 2. dist. 7. q. 2. Denique inter antiquos pro abroganda Christo scientia creata, fuisse laboravit Hugo Victorinus tom. 3. Tract. de sapientia anime Christi. ubi quamvis initio illam dumtaxat quaerere videretur, an scientia Christi creatam abrogatam malit, & dicit eam qui praeter scientiam incretam, aliam ponit in anima Christi, cavere debere, ne nimis carnaliter potius sua quam vera pronuntiet.

S. I.

Vera scientia, asserta fuisse in Christo intellectum creatum, statuitur, & multipliciter fundetur.

Dico igitur, certum de fide est, in Christo fuisse scientiam seu intellectum creatum.

Probat conclusio multipliciter. In primis enim Christus plerisque actus humanae intellectiois infra referendos elicit, verbi gratia discursum, & actus enuntiativos compositos, qui in Deum non possunt cadere. Oravit etiam, meruit, & alia multa fecit ut homo, quae sine actu intellectus & voluntatis create fieri non poterant. Item Math. 8. dicitur Christum fuisse miratum, & ad Hebr. 5. didicisse ex his quae passus est: admiratio autem, cum ordinari ex ignorantia procedat, non potest Christo ut Deo convenire, addicere etiam Christo ratione divinitatis regnat. Professus quoque in sapientia, qui Christo tribuitur Luca 2. quomodo cumque explicetur, non potest valere de sapientia divina, cujus in Christo nullus fuit profectus.

Denique frequentissime Concilia & Patres in consuetudine Monothelitarum tradunt, pro duplici Christi natura, duplices in eo facultates & operationes esse agnoscendas: cum ergo fides doceat, Christum duplici intellectu fuisse praeditum, divino scilicet & humano, duplicem quoque intellectioem, divinam nimirum & incretam, ac humanam & creatam, in eo reperiri fatendum est.

Tandem certum est de fide, fuisse in Christo voluntatem creatam: ita enim definitum est contra Monothelitas.

ARTICULUS II.

An intellectus Christi humanus increta Dei intellectioe poterit intelligere?

tas, & ex eo probari potest quod absque voluntate creata Christus nihil meruisset: Atqui volitio creata conaturaliter supponit intellectioem ejusdem profus naturae ei prelaentem: Ergo haereticum videtur asserere, nullam fuisse in Christo intellectioem creatam.

5 Potest insuper laudari conclusio ratione D. Thomae hic art. 1. congeum enim est, ut Verbum humanam naturam assumens, assumeret illam perfectam: Sed humanitas sine intellectioe creata foret imperfecta: Ergo Verbum assumptis humanitatem, non solum cum intellectu, sed etiam cum intellectioe creata. Major patet, Minorem vero, in qua est difficultas, probat S. Doctor tripliciter. Primo, quia omne quod est in potentia, imperfectum est, si non reducatur ad actum: Sed natura humana est in potentia ad intellectioem creatam: Ergo imperfecta foret sine illa. Secundo, Potentia suo fine frustrata, imperfecta est: Sed intellectus Christi est propter intellectioem creatam ut finem, omnis enim potentia est propter suam operationem: Ergo sine illa foret imperfectus. Tertio, Aliqua cognitio est naturalis humanitati, scilicet illa qua cognoscimus prima principia: Sed sine naturali perfectione non foret perfecta humanitas: Ergo imperfecta esset sine omni cognitione creata. Ubiohiter advertendum est, hanc tertiam probationem, non de cognitione actuali, sed de habituali procedere; nulla enim actualis cognitio, naturalis est humanitati per modum proprietatis.

S. II.

Solvuntur objectiones.

6 Obijcies primo contra precedentem conclusionem: Non potest simul quicquid intelligere aliquid intellectioe increta & creata: At Christus omnia cognovit intellectioe increta. Minor est certa, Christus enim erat Deus: Deus autem omnia cognoscit intellectioe increta. Major vero fualiter primo, quia non potest quicquid simul subsistere intellectioe increta & creata, ut supra disp. 9. art. 4. ostensum est: Ergo similiter nequit simul intelligere aliquid intellectioe increta & creata. Secundo, intellectio creata comparatur ad incretam, sicut lux minor ad majorem. Sed lux minor est incompossibilis cum majore, quia majus lumen ofuscatur minus, ut constat experientia: Ergo non potest simul esse in eodem supposito cognitio increta & creata de eodem obiecto.

7 Respondeo, Majorem esse veram de supposito operante per unum & eundem intellectum, quod non convingit in casu nostro; Caritas enim per intellectum divinum, & ut dicitur, intelligebat cognitione increta; per intellectum vero creatum, & ut homo, intelligebat cognitione creata: non implicat autem idem suppositum, secundum diversam intellectum, cognoscere simul idem obiectum cognitioe increta & creata. Neque valet instantia de subsistentia, nam ideo in Christo datur una subsistentia, quia ipse est unum suppositum, & ratio constitutiva suppositi est ipsa subsistentia: At licet sit unum suppositum, habet tamen duas naturas, humanam scilicet & divinam, subindeque duos intellectus, & ideo per intellectum incretam potest intellectioe increta intelligere, per creatam vero, intellectioe creata.

8 Ad id quod subditur de majori & minori lumine, dicendum est, quod licet in rebus corporeis lux major interdu obfcurat minorem, non tamen in spiritualibus, quia unius veritatis cognitio, quae lux spiritualis est, aliam non excludit, sed potius perficit & juvat. Unde S. Doctor hic art. 1. ad 2. Lumen scientiae creatae non ofuscatur, sed magis clarificat in anima Christi, per lumen scientiae divinae, quae est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, ut dicitur Joan. 1.

Obijcies secundo: Nullum inconueniens est quod potentia aliqua in Christo non conjungatur cum operatione ad quam ordinatur ut ad finem? Ergo nec quod intellectus Christi creata intellectioe semper caruerit. Consequentia patet, Antecedens probatur. Potentia generativa ad actum generationis ut ad finem ordinatur, & tamen in Christo nunquam fuit ad istum actum redacta: Ergo nullum inconueniens est, quod potentia aliqua Christi creata sibi proprio ad quem ut ad finem ordinatur, subindeque ratio D. Thomae non est efficax.

9 Respondeo, Antecedens esse verum, si exercitium talis potentiae fini redemptionis non congruat, fecus vero si conducatur ad finem redemptionis: unde quia actuali exercitium intellectus creati animae Christi conducebat ad finem redemptionis, non vero exercitium potentiae generativae Christi, immo potius fini redemptionis & muneris Redemptoris congruebat perpetua virginitas, cum qua actualis generatio non comparatur, ideo in Christo debuit esse intellectio creata, non vero actualis generatio.

Artem affirmativam, praeter Auctores art. precedenti 10 citatos, tenet Agidius a Praesentatione lib. 4. de beatitudine qu. 1. art. 2. §. 5. ubi negat quidem intellectum Christi humanum de facto per incretam Dei cognitionem intellexisse, asserit tamen id posse contingere de potentia absoluta, & non posse ostendi, sententiam Hugonis Victorini, asserentis intellectum Christi humanum de facto per intellectioem divinam & incretam intellexisse, implicare contradictionem. Oppositum docent alii Theologi tam domestici, quam extranei, cum D. Thoma hic art. 1. ad 1. ubi ait quod divina operatio increta non potuit esse anima humanae Christi, cum sit alterius naturae. Idem docet quest. 20. de verit. art. 1. in corp. & in resp. ad q. in 3. dist. 14. q. 1. ad 1. & pluribus aliis in locis. Unde fit

S. I.

Conclusio negativa statuitur.

Dico igitur: Intellectus Christi humanus non potuit etiam de potentia absoluta, per incretam Dei intellectioem intelligere.

Hanc conclusionem probat Vasquez 1. 2. disp. 7. c. 2. 11 ex verbis sextae Synodi actioe 17. in confes. fidei, quibus Synodus, allegato S. Leone, ait duas esse factuendas in Christo pro duplici natura operationes. Tum subdit: Neque enim in quoquam unam dabimus naturalem operationem Dei & creaturam, ut neque quod creatum est, divinam educamus essentiam, neque quod eximium est divinae naturae, ad competentem creaturam locum desicimus.

Hic tamen locus non probat impossibile esse intellectum creatum intelligere per actionem incretam, quod tamen probandum esset, sed tantum probat, impossibile esse operationem Dei esse creaturam naturalem, quod ex terminis patet esse impossibile, quamvis absurdissime a Monothelitis, quos ibi damnat Synodus, admitteretur.

Aptius videtur adduci posse Agatho Papa Epist. ad Augustos, quae habetur act. 4. ejusdem Synodi, verbis illis quae subijcit post adductum locum D. Augustini ex lib. 5. contra Julianum: Non potest Angelica natura Divinam habere voluntatem aut humanam, neque humana natura voluntatem Dei vel Angeli. Ergo nec Dei cognitionem aut scientiam potest in se humana natura habere, cum eadem sit ratio de cognitione ac de volitione. Nec dici potest, ibi sermonem esse de lege ordinaria, non de potentia absoluta; nam ibi agitur de Christo, cujus Incarnatio miraculosa fuit, & divina omnipotentia ejus perfectissimum, & maxime extraordinarium.

Potest insuper probari conclusio ratione fundamentali, 13 quae sic potest breviter proponi. Intelligere essentialiter est vivere gradu perfectissimo vite: Sed implicat intellectum creatum vivere per intellectioem divinam & creatam: Ergo & per illam intelligere. Major patet, Minor vero ostenditur primo. Implicat naturam divinam sub conceptu vite radicalis uniri naturae create, illam radicaliter viventem constituendo, ut committere docent Theologi; & patet, quia alias essentia divina poterit uniri per modum formae physicae, & in esse entitativo, & informatae corpus, quod maximum imperfectionem importat: Ergo etiam implicat, quod sub conceptu vite actualis unatur naturae create, illamque acta viventem constituat. Patet Consequentia, tum a paritate rationis, tum etiam quia actus vitalis alicujus naturae, cum ab illa sua specificationem desumat, communicari nequit, non communicata natura. Qua ratione usus est S. Thomas locis supra citatis, eamque desumpsit ex Ambrosio lib. 2. ad Gratianum cap. 12. asserente, ubi est diversa substantia, non posse unam operationem intelligi.

Confirmatur: Implicat voluntatem creatam libere vivere per volitionem liberam Dei sibi intrinsece unitam: Ergo & intellectum humanum per incretam Dei intellectioem intelligere. Consequentia videtur manifesta, ex paritate rationis: Antecedens vero sic ostenditur. Volitio libera debet esse in potestate & dominio voluntatis: Sed volitio divina nequit potestati aut dominio create voluntatis subesse: Ergo implicat voluntatem creatam libere velle per volitionem Dei liberam.

S. II.

Solvuntur objectiones.

Principua Adversariorum argumenta solvuntur ex tribus exemplis, in communi Theologorum doctrina, vel saltem in Schola D. Thomae, communiter receptis. Constat enim, Deum communicari naturae humanae per modum

modum substantia, & secundum communem Thomista- rum sententiam, supra expositam, etiam communicatur in ratione existentia disp. 8. art. 2. Similiter juxta com- munem Theologorum sententiam, communicatur essentia divina in ratione speciei impressae intellectui beatorum, & secundum probabiliorum Thomistarum opinionem, etiam communicatur in ratione verbi & speciei expressae. Ex quibus tribus exemplis, tria possunt erui argumenta contra nostram conclusionem.

16 Primum est: Quia substantia Verbi eminenter continet perfectionem substantia create, uniri potuit humanitati Christi, illamque substantiam reddere: Sed intellectio divina continet eminenter intellectiorem creatam: Ergo potest uniri cum intellectu creato, illumque intel- ligen- tiam constitutere.

17 Secundum sic procedit: De facto essentia divina uniri intellectui anime Christi, sub ratione & munere spe- ciei intelligibilis: Ergo de facto uniri, vel saltem pot- est uniri, per modum intellectiōis. Consequenter videtur legitima, tum quia in probabiliori & communiori Thomistarum sententia, ratio intellectiōis, & ratio spe- ciei, cum ad eandem lineam intellectivam pertineant, non distinguuntur in Deo virtualiter. Tum etiam, quia non videtur major repugnancia, quod essentia divina per modum actus secundi intellectui nostro uniat, quam quod illi ad modum actus primi ad actualem intellectiō- nem determinatim communicetur.

18 Tertium argumentum sic potest proponi. De facto uni- tate divina essentia mentibus beatorum, ut verbum: Ergo uniter, vel saltem potest uniri intellectui anime Chri- sti, sub conceptu intellectiōis. Consequenter manifesta videtur, cum quia juxta plurimum Philosophorum senten- tiam, verbum ab intellectu non distinguitur. Tum etiam, quia dato quod ab illa distinguitur, est tamen de ratione verbi, quod fit vitale per modum termini, ut dicit D. Thomas qu. 4. de verit. art. 2. ubi ait, de ra- tione verbi esse quod sit expressum & productum ab in- tellectu seu intellectiōe, ex quo inferi Verbum in divinis non essentialiter, sed tantum notionaliter dici: Ergo si non obstante ista vitalitate, possit divina essentia per modum verbi cum intellectu creato uniri, poterit etiam, non obstante vitalitate actus intelligendi, uniri per mo- dum intellectiōis intellectui anime Christi, illamque in- telligentiam constitutere.

19 Hac sunt precipua Adversariorum fundamenta, quae ex principiis paragrapho precedenti statim facile possunt con- velli. Ad primum enim respondeo causalem majoris ada- quatum non esse, sed insuper esse addendum, quia in unione per modum substantia, nulla importatur imper- fectio physice informationis, dependentie, vel identitatis cum natura cui unitur, sed precise ratio terminationis: in unione autem sub conceptu & munere intellectiōis cum intellectu creato, involvitur imperfectio physice in- formationis, & realis egressiōis, aut physice identitatis, ut §. precedenti declaravimus, & ideo quamvis intel- lectio divina eminenter continet perfectionem intellectiō- nis create, non potest uniri cum intellectu creato, nec ipsum intelligentem constitutere. Unde Cajetanus hic art. 1. Quia personalitas divina potest fieri personalitas humana na- tura, sine eo quod sit actus ejus, intelligere autem non potest fieri actus intelligendi anime humana, nisi fiat actus ejus, ideo non repugnat communicari personalitas, & repugnat com- municari intellectio. Dicitur autem intellectio fieri actus anime, quia illam informat, & ab ea procedit: unde idem est ac si diceretur, intellectiōnem divinam anime huma- ne non posse communicari, quia nec illam informare, nec ab ea procedere potest.

20 Dices, Esti substantia create diminet a natura quam terminat, potest substantia divina naturam creatam termi- nare, absque eo quod ab illa diminet: Ergo pariter, quamvis intellectio create a natura intellectuali create procedat & egrediatur, poterit intellectio divina naturam creatam intelligentem constitutere, absque eo quod egre- diatur vel procedat ab illa.

21 Respondeo, concessio Antecedente, negando consequen- tiam & partem: Ratio vero discriminis est, quia licet substantia create resiliat vel diminet a natura quam terminat, hoc tamen non habet ex formali conceptu & munere substantia, sed ex ratione limitationis crea- te, & ideo potest substantia divina illius effectum sup- plere, & naturam creatam reddere substantem, absque egressione ab illa: quod vero actio intelligendi ab intel- ligatione egrediatur formali aut virtuali egressu, convenit illi ex communi & formali operationis conceptu; unde nequit intellectio divina naturam creatam intelligentem constitutere, nisi vel ab illa identificetur cum egressu virtuali, vel ab illa realiter egrediatur, quorum utrum- que maximam imperfectionem importat.

22 Ad secundum respondeo, concessio Antecedente, negan- do Consequendam, ad cuius primam probationem dicen- dam, quod licet ratio speciei & intellectiōis in Deo non distinguatur virtualiter adaequate, differunt tamen di-

stinctione eminenti, & virtuti inadaquata, penesque ordinem ad diversa comotata materialia, quae distinctio sufficit, ut natura divina uniat sub ratione speciei, absque eo quod sub ratione intellectiōis communicetur: sicut eadem distinctio sufficit ut gratia sanctificans participet divinam essentiam, sub munere & conceptu na- turae, seu radicis atributionum, non vero sub ratione in- tellectiōis, aut speciei intelligibilis, & ut substantia Verbi, sub ratione forma hypostatice, non autem sub ra- tione relationis, humanitati Christi communicetur.

Ad aliam probationem, nego Antecedens: unio enim per modum actus primi in ordine intelligibili, est tantum unio comprincipiativa & effectiva notitiae, neque postulat ut quod speciei impressae locum tenet, efficiatur ab intellectu cui unitur eumque informet: nam juxta probabilissimam sententiam, gustalia & castalia, absque ulla informatione potentiae tanguntur aut gustantur, per meram applicationem & assistentiam univertur ei ad mo- dum speciei impressae, quae presentibus objectis ipsi super- vacanea foret. Ad unionem actus secundi quo forma- liter reddamur intelligentes, necesse omnino est formalem esse, & cum inhesionem in potentia intelligente: a qua etiam necesse est ut actus ille secundum procedat, & effi- ciente dependeat: si enim haec absissent, potentia non pos- set dici intelligere per hujusmodi actum; quia intelligere, cum fit vita actualis, & perfectio intrinseca sui ipsius a seipso, utramque illam habitudinem dependentem effi- ciat & inhesionem includit, quas in divinam actum cadere impossibile est.

Ad tertium, concessio Antecedente, nego Consequen- tiam, ad cuius primam probationem, nego Antecedens, ut enim docent nostri Thomista in libris de anima, & va- riis in locis asserit S. Thomas, verbum non est ipsa in- tellectio, sed terminus intrinsecus per eam productus & expressus, in quo videtur tanquam in imagine & similitudine ex- pressa, & actualissime representante, ipse intellectus con- templatur objectum.

Ad secundum distinguo Antecedens: De ratione verbi proprie & adaequate sumpti est quod sit vitale per mo- dum termini, concedo Antecedens. De ratione verbi sum- pti inaduate & communiter, nego Antecedens & Con- sequentiam.

Explicatur solutio: Cum in verbo duo importentur, nempe ratio representationis actualissimi objecti, & in- super ratio expressi realiterque producti a dicente: pot- est verbum duobus modis usurpari, adaequate scilicet & proprie, quatenus nimirum utramque rationem importat, & inaduate ac improprie, & prout dicit solum actual- issimum objecti representationem. Primo modo sumptum est vitale per modum termini: ideoque in divinis solum notionaliter dicitur, nec prout sic essentia divina sub ra- tione verbi mentibus beatorum unitur, cum repugnet il- lam realiter exprimi sine producti ab intellectu beatorum: sumptum vero secundo modo, non dicit vitalitatem & ex- pressionem; sed solum actualissimum objecti representa- tionem; unde sub hac ratione dicitur in divinis essentialiter, quia essentia divina est actualissima representatio sui, ut docet D. Thomas qu. 4. de verit. art. 2. his verbis: Si verbum proprie accipitur, in divinis non dicitur nisi perso- nali- ter; si autem accipitur communiter, poterit etiam dici essentialiter. Similiter essentia divina in beatifica visione gerit vices verbi hoc secundo modo sumpti, cum actual- issime seipsam beatorum mentibus representet. Intellectio autem, quomodocumque accipitur, vitalitatem dicit, subindeque habitudinem dependentem effectivae in prin- cipio intelligente, & egressum sui emanationem ab illo, quae divino actu respectu intellectus creati profus re- pugnat: unde licet essentia divina uniat mentibus beato- rum ut verbum, nequit tamen intellectui anime Chri- sti sub ratione intellectiōis uniri.

DISPUTATIO XVI.

De scientia beata anime Christi.

Ad quaest. 10. D. Thoma.

Considerata scientia Christi in communi, ad species ejus descendimus, & primo de scientia beata, ut- pote nobiliori & perfectiori, differimus: non agimus au- tem de scientia beata Christi, in quantum est Deus, de hac enim 1. parte Tractatu 3. fuisse disputavimus, sed de scientia beata anime Christi; & de hac solum investigamus quae proprie pertinent ad Christum, ut ab aliis beatis distinguitur; quae enim omnibus beatis communia sunt, ut objectum visionis beate, lumen glorie, species intel- ligibilis, &c. in Tractatu de visione beata fuisse explicata sunt.

ARTICULUS PRIMUS.

An Christus, dum esset viator & in terris degens, scientiam beatam haberet, illamque a primo conceptionis instanti receperit.

§. I.

Utraque difficultas duplici conclusione resolvitur.

1 Dico primo, Christum adhuc viatorem, & in terris degentem, vidisse divinam essentiam, subindeque habuisse scientiam beatam.

Hanc conclusionem probat Cano lib. 12. de locis c. 14. variis Scripturae testimoniis, quae fute & eleganter expen- dit, sed locus magis idoneus sumitur ex cap. 3. Joannis, ubi sic habetur: *Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, Filius hominis qui est in caelo.* Quibus verbis Chri- stus adhuc viator & in terris degens asserit se esse in caelo: Sed esse in caelo, vel in paradiso, idem est quod Deum videre, ubicumque videatur, ut S. Augustinus nota- vit Epist. 57. prologo exemplo latronis, qui cum in Lym- bo futurus esset quoad animam, tamen quia ibi visus erat Deum, dicitur futurus in paradiso: Ergo Christus adhuc viator & in terris degens, videbat divinam essen- tiam, & scientia beata potiebat.

2 Notandum vero est cum Cajetano, super hunc locum Joannis, scopum Christi tunc fuisse persuadere Nicodem credendum sibi esse, utpote teliti oculato, & qui ita in terris debebat, ut simul in caelo esset, Deum videns, quod nulli anteriori veritatis testi, nulli unquam Prophe- tae obtigerat. Unde ibidem dicebat, *Quid scimus loqui- mur, & quod vidimus testamur. Qui de caelo venit, super omnes est, & quod vidit & audivit, hoc testatur.* Ubi Chri- sti testimonium idcirco aliis testimoniis praefertur, quia non ex auditu tantum, ut alii, sed ex visu testimonium perhibuit, unde Joan. 1. dicitur: *Deum nemo vidit unquam, unigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarravit nobis:* Sed Christus in hac vita mortali degens, divinitatis suae, & paternae glorie, sepe testimonium perhibuit: Ergo tunc divinam essentiam vidit, & scientia beata, seu visione beatifica potitus est. Quod etiam testatur myste- rium transfigurationis, quod fuit signum glorie Christi latentis in anima, quam tunc in corpus resurre permi- sit, ut communiter docent SS. Patres.

3 Potest etiam suaderi conclusio triplici ratione. Prima quam insinuat D. Thomas hic quaest. 9. art. 2. potest sic proponi. Decens est ut instrumentum excellens, & per modum capitis influens, prehabeat in se formaliter per- fectiones quas aliis communicat: Sed Christus ut homo causat in nobis beatitudinem supernaturalem, consilien- tem in visione clara Dei, per modum capitis & instru- menti excellentis: Ergo oportuit ut in se scientiam bea- tam haberet.

4 Secunda, quae desumitur ex eodem Sancto Doctore supra quaest. 7. artic. 1. sic procedit: Quanto aliquid recep- tum est proximis causis influentibus, tanto magis, & cum majori perfectione, illius influxum participat. Sed influxus gratiae est a Deo, cui maxime humanitas Chri- sti per unionem hypostatice conjungitur, cum ad idem esse personale cum ipso trahatur: Ergo perfectissime gra- tiam participat: Sed gratia perfectissima est gratia consummata per gloriam: Ergo anima Christi habuit gratiam gloria consummatam, idem cum beatifica visione con- junctam.

5 Tertia ratio sumitur ex Durando in 3. distinctione 14. qu. 1. num. 5. ubi sic dicitur: Decens fuit ut natura as- sumpta ad supremum esse, ad supremam operationem sibi possibilem elevaretur: Sed natura humana Christi, per unionem hypostatice ad esse supremum, scilicet ad esse Verbi, assumpta est: Ergo deuit quod elevaretur ad su- premum operari tali natura possibile: Sed beatitudo in clara Dei visione consistens, est operatio suprema huma- nitati possibilis: Ergo debuit humanitati Christi assumpta ad supremum esse concedi.

6 Dico secundo: Christus scientiam beatam, seu visio- nem beatificam, a primo instanti conceptionis habuit. Ita D. Thomas infra quaest. 34. art. 4. ubi docet Christum in primo sue conceptionis instanti fuisse beatum & com- prehensorem, idque probat in argumento sed contra ex illo Psalm. 64. *Beatus quem elegisti & assumpsisti, quod secundum glossam refertur ad humanam Christi naturam, qua assumpta est a Verbo Dei in unitatem personae:* Sed in primo instanti conceptionis fuit assumpta humana natura a Verbo Dei in unitatem personae: Ergo in primo instanti sua concep- tionis Christus, secundum quod homo, fuit beatus, quod est esse comprehensorem.

7 Eandem veritatem suaderi nititur Cano supra cita- tus, hoc discursu: Christus a primo instanti conceptionis plenus fuit gratiae & veritatis, ut patet ex illo Joan. 1. *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, vidimus glo- riam, Tom. IV.*

riam ejus quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae & veri- tatis. Ubi ly plenum debet fuit in neutro genere, & re- ferri ad Verbum incarnatum, non vero in masculino, & referri ad Joannem Baptistam, ut perperam existi- mavit Cajetanus, quem Cano ibidem fute impugnat: Sed si Christus ab initio scientia beata, seu visione bea- tifica, non esset potitus, non fuisset ex tunc ut ho- mo gratia & veritate plenus: Ergo scientiam beatam, seu visionem beatificam, a primo instanti conceptionis habuit. Sequela Minoris probatur. Cui deest suprema gratiae perfectio, & summa veritatis cognitio, nec gra- tiae, nec veritatis plenus dici potest: cum tantum a ple- nitudine, quantum a perfectione, aliquis deficiat: Sed suprema gratiae perfectio est consummatio per gloriam, & summa veritatis cognitio in visione beatifica futa est: Ergo Christus sine illa, nec gratiae nec veritatis plenus existeret.

Nostram conclusionem probant etiam tres rationes 8 pro precedenti adductae. Nam Christus adhuc viatori scientiam beatam competere offendimus, quia est caput hominum & Angelorum, ac proinde oportuit ut habe- ret omnes perfectiones membrorum; quia fute intime conjunctus causis influenti gratiam; & quia decens fuit ut natura ad supremum esse assumpta, suprema operatio concederetur. Sed Christus ut homo ab initio concep- tionis fuit caput hominum & Angelorum, & ex tunc causis influenti gratiam fute intime conjunctus, illiusque humanitas ad supremum esse assumpta & ele- vata: Ergo a primo conceptionis instanti, scientia bea- ta, seu clara Dei visione, potitus est. Unde Psalm. 21. Christus Patrem alloquens ait: *In te projectus sum ex utero, de ventre matris meae Deus meus es tu:* Quae ver- ba glossans Eusebius libro 2. de demonstrat. Evangel. sic Christum loquentem inducit: *De ventre matris meae Deus meus es tu, cum enim adhuc intra cellam gestans me in utero laterem, te tamen Deum meum videbam.* Et Richardus Victorinus libro 2. de Emmanuele cap. 22. post multa de plenitudine suavitatis quae in Christi ani- ma a momento conceptionis abundavit, ut idcirco Chri- stus puer dictus sit butyrum & mel comedisse, subdit: *Summa suavitatis butyrum, cujus participationem expectamus in nostra glorificatione, ipse accepit in ipso ingressu hu- jus mortalis vitae, nec nostro more ex parte, sed in omni plenitudine.*

Denique suaderi potest conclusio hac ratione: Natu- ra assumpta a Verbo debemus concedere quod majoris dignitatis & excellentiae est, nisi numeri Redemptoris repugnet: Sed animam Christi fuisse a primo instanti bea- tam, majoris est dignitatis, quam beatitudine aliquando caruisse, & cum munere Redemptoris non pugnat: cum ad hoc munus salvandum, ut idcirco Christus puer dictus sit butyrum & mel comedisse, subdit: *Summa suavitatis butyrum, cujus participationem expectamus in nostra glorificatione, ipse accepit in ipso ingressu hu- jus mortalis vitae, nec nostro more ex parte, sed in omni plenitudine.*

Denique ipsae Scripturae testimonia, quibus signifi- cari videtur, Christum ante passionem & mortem suam non fuisse beatitudine donatum: Dicitur enim Luca 24. *Nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Joan. 7. *Nondum Spiritus erat datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.* Item Apocal. 5. dicitur, Chri- stum, quia oculis est, accepisse gloriam & divinitatem. Denique ipse Christus Joan. 17. his verbis Patrem alloquitur: *Clarifica me Pater claritate quam habui, prius- quam mundus esset apud te:* Ergo Christus dum esset viator & degens in terris, non habuit scientiam beatam, seu visionem beatificam, & multo minus in primo instanti conceptionis.

Verum hac facile dilantur, dicendo his locis, ser- monem esse vel de gloria corporis, vel de exaltatio- ne nominis Christi super omne nomen, vel de restitutio- ne unionis hypostatice cum tota Christi humanitate, quae in resurrectione facta est, ut alibi expositimus; quae haec & similia Scripturae testimonia nihil nocent veri- tati propositae, & precedentibus conclusionibus decla- rat.

Secundo contra primam conclusionem objici potest 12 difficile argumentum, quod sub hac forma breviter pro- ponitur. Summum gaudium non potest simul compati cum summa tristitia: Sed Christus tempore passionis habuit summam tristitiam, quam Matth. 26. his ver- bis declaravit: *Tristis est anima mea usque ad mor- tem:* Ergo tunc non fuit in anima Christi gaudium bea- tificum, nec per consequens scientia seu visio beatifica.

§. II.

Solvuntur objectiones.